



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

18 de magicis ad bonum que[m]dam finem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Vespasianum Cæsarem ceterum hominem, itemque alterum cui imbecilla manus erat, qui per quietem eum adire iussi fuerant, fanasse: alterius oculis sputo conspersis, & manu alterius concalcata. § Strabo lib. 15. Geo. circumuagari per Indiam incantatores ait, qui medicari creduntur, & solam fere apud illos esse medicinam: Homerus Vlysem profluuium sanguinis luisse carmine tradit. Theophrastus, Ischiafin carmine lanari scripsit, *Plin. in 28. c. 2. ubi similia refert plura.* Cato pro luxatis carmen prodidit, *de re rustica. c. 160.* M. Varro podagris. Quintus Serenus in cura Hemitritas morbi, Hemitritas morbo. Qui modum effugandi demones aut incantationes ediderint, quibus morbi sedarentur, § Polyd. Vergil. lib. 1. de inuentoribus rerum, c. 22. Ceterum neque istis magis, qui remedia iactant, impunitas semper data: quinimo & fuit poena constituta merito. Quamuis enim, ut alias dixi, medicamenta & iocunda per se & desiderabilia sunt, tamen modus per magicam curandi difficiat. Et audiamus de hac questione Hippocratem vere ratiocinantem, dum de sacri morbi per incantationes agit curatione. *Mibi, inquit lib. de sacro morbo, nec hi homines his vitiosos videntur hunc morbum sacrum esse putare, qui his modis tolli putauerunt: & si quis expiamentis, carminibus, vel excantationibus, vel alia re simili hunc morbum abigit, diuina non dicitur hoc ope fecisse, sed humana. Quod homines propterea fingunt plus quam ceteri ut scire putentur. Sicq; homines accipiunt, castitatem integritatemq; praeferebant plurimum in sermo de diis est, mibi quidem non de precate sciri videntur, sed de impietate verba facere videntur, deo que nullos putant nec si sint, quidquam posse prohibere posse, quin summa scelera committantur.* Ammianus Marcellinus scribit lib. 16. In castris Constantii, si quis super occentis foricis, vel occurris missile, vel similibus signis causis consuleret, quemquam periret, vel anie incantamentum quoddam ad leniendum quendam dolorem, quod medicina quoque permittit, inquit, auctoritas, reus unde non poterat opinari delatus rapuisse in iudicium penaliter interiret. Damnati etiam sunt ab Antonino Caracalla, qui remedia quartanis febribus collo annexa gestarent, *Aelius Spartianus in Antoni. Carac.* Et certe, postquam improbatum lunt maleficæ artes, quis negauit & illas poena esse dignas, quæ similes his sunt, etiam alias tollant: atque enim improbatum maleficium, veneficium tollitur Sic Horatius Epodo. 5.

*Ab, ab, solutus ambulat venefice  
Scentoris carmine.*

Et Plinius, *Magorum, inquit lib. 28. c. 4. hac commenta sunt, ut coena quo ferramenta saepe exacuta sunt, subiectam ignari ceruicibus, de veneficio deficientis euocare iudicium, ut ipse dicat, quod sibi datum sit, & ubi, & quo tempore: auctorem vero non nominare.*

#### De Magicis ad bonum quendam finem. Cap. 18.

- 1 *Magia etiam ad bonum finem improbat, & seq.*
- 2 *Julianus Imperator magus.*
- 3 *Eloquentia praesidium ex plebis infantia nuper nati.*
- 4 *Incantamentum contra glires & serpentes.*  
*Et de Parisiorum ciuitate.*
- 5 *Bona male facta, mala sunt, & magi Persarum cur addecimati.*
- 6 *Ariolationem, & alia pagana obseruans quibus puniuntur poenis.*
- 7 *Onum incantatum a Druidibus ad quid valeret.*
- 8 *Magiam ad salutem hominum ius ciuile non improbat.*

Videntur magis ea probata quibusdam, quæ certis bonis finibus con-Iudi exilitantur: veluti ea, quæ ad conciliandos homines, & ad amorem philtra conficit, vel iucunda quedam exhibet, vel morbis medetur. Quæ tamen omnia, quia bene non fiunt, & celestissima sunt, & quemadmodum alia sunt improbat. § Producamus in medium horum exempla. Fuit Di-  
dio Iuliano, Imperatori creato contra voluntatem populi, ea dementia, ut per magos pleraque faceret, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quaedam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauit, & carmina profana incantauit, & ea quæ ad speculum dicuntur fieri, in quo pueri praligatis oculis incantato vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit, *Aelius Spartianus in Diode. Iuliano.* § Memorat § Lampridius in *Diadume. Antoni.* obstetrices capere solitas pileum, quo pueri nascentes insigniuntur naturali, & aduocatis credulis vendere: siquidem inquit, ausilidici hoc iuuari creduntur. Apud § Gregorium Turonensem lib. 8. hist. Fran. c. 33. mirum sacrilegium legitur, his verbis: *Acabant, inquit, Parisianam urbem quæ consecratam fuisse antiquitus, ut non ibi incendium prouideret, non serpens, non glis appareret: nuper autem cum cuniculi*

*pointis emundarentur, ut conum quarepletus fuerat auferretur, serpentem gliremque areum repererunt, quibus ablatis & glires extra numerum, ibidem & serpentes apparuerunt. § Ferunt § Empedoclem, corpus mulieris absque spiritibus & cibi vfu, quasi triginta diebus conseruasse: & ideo sibi falso se exanimem mulierem vitæ restituisse arrogasse, & immortalitatem. Hefsch. Milesius Illustrius, lib. 2. c. 2. Sed hæc quæ veritis artibus scimus facta, & quæ credulorum mentes decipere possunt, poenam merentur: atque hos qui obiecta specie finis boni, interim malo seu magia vniunt, puniendos esse recte definiemus. Non quod bonum, quod quærent, malum sit, sed quod male illud assequi desiderent. Nec sunt faciendæ mala, ut inde eueniant bona. Et bonum quidem est diuitias habere, imperare, multa nosse: verum illicitis artibus, non secus quam fraudibus, sacrilegiis hoc consequi, malum est. Sic Tattius Alfyrius oratio. con. Grecos. *Quamuis, inquit, magicis & prestigiis quis utatur ad bonum: tamen punitibilis est: non secus ac qui cum latrone furit, etiam si latro non sit, ut scimus sceleris punitur.* Res quædam per se malæ sunt, quibus quis bene uti non potest: & alia quoque eo ipso quod sunt prohibita, malæ & mortifera: qualis erat illa scientia, quam contra prohibitionem Dei, primi parentes cognoscere voluerunt, eadem persuasione, qua hodie magi ab artifice impietatis impelluntur, adducti, Eritis sicut Diis, scientes bonum & malum, Gen. 2. & 3. Nihil potest esse purum, quod ex ore & arte Sathanæ oritur. Nam si bonum quidpiam sit per se, dum ab eo prodit, pollutur: quia lex Dei prohibet ariolos, magos, & huiusmodi incantatores & impostores, nec villo modo distinguit fines vtentium illis, vel contentium, sed artem execratur absolute, *Deuter. 18. Leuit. 20.* Et imposturae solæ dignæ morte sunt. Quemadmodum Idiberges rex Persarum magos addecimauit poena, quod detexisset in specum eos infodisse viuum hominem sub araignis, quo persuaderent regi, ignem loqui, *Niceph. Calli. 1. 4. hist. Eccl. c. 18. Socr. lib. 11. hist. Tripart. c. 8.* Qui § obseruant pagana superstitiona, *Egyptiacos dies, qui horas captant ratione omnis boni, & similia; anathemate plectuntur, c. pe. 26. q. 7.* Qui furta detegunt, hoc modo puniri ca. 1. § 2. de forti. Et, ut Vlpianus ait, *Qui furem per diuinationes dixerit eum esse qui non erit, de iniuria quidem non tenetur: id enim nimium mite iudicium: sed constitutiones eum tenent, Vbi in litem apud Laboneum, 15. § si quis astrologus, de iniur. in P. Et is qui confugerit ad ariolos & sortilegos, ac usare non potest alium de crimine, c. qui quis, 2. q. 8. & ab ecclesiastica congregatione deicitur, c. si quis ariolos, & c. si quis clericus, & ca. anguris, 26. q. 1.* § Claudius § Cæsar quendam Romanum equitem & Vocontis § iussit interfici, quod deprehensus fuisset in lite, quam exercebat, ouum secum detulisse in iudicio, quod detulerat a Druidibus, qui antiqua superstitione consecrauerant, ut conducentem ad victorias litium, & regum aditus. *Pli. lib. 29. c. 3.* § Scio § tamen leges Codicis Iustiniani, magiam illam, quæ salutem & bonum aliquod procurare videtur, non improbat, § 4. de male. § Math. C. Sed rectius statutum inuenimus, & hanc quoque prohibendam & puniendam apud Leonem Cæsarem, qui hac de re constitutionem 65. edidit, titulo *περὶ τῶν κολάσεων τῶν μαγικῶν ἀγορῶν.**

#### De Spectris. Cap. 19.

- 1 *Spectrorum causas, & de spectris in seq. num.*
- 2 *Prothesi varia forma.*
- 3 *Empusa quæ.*
- 4 *Dæmones quæ specie appareant. Et seq.*
- 5 *Infantibus noue editis insidiari dæmones.*
- 6 *Dæmones pestem seminantes.*
- 7 *Dæmon in specie adulteri.*
- 8 *Dæmon quibus apparuerit.*
- 9 *Iudeis se Mosim mentitus, & eorum plures perdidit.*
- 10 *Spectra immittentium poena.*

Concitant § & dæmones sua arte & ingenii operisque celeritate ex materia commoda, quam ipsi norunt, spectra diuersa in aere, & in terra, miri artifices & celeres, & rerum naturalium, quæ ea possunt generare & facere, peritissimi: quæ tamen ipsi operantur, vel ut decipiant, vel ut auctores & creatores rerum earum videantur & miraculorum artifices, vel ut terrent homines pios, & bonos a pietate auocent: cum tamen nihil sit in his præter celeritatem mirandum. Confingunt itaque in cælo ex nubibus animantia radiis mediantibus solis exercitus, venatores addunt ex aeris repercussione & instrumentis adfa-